

Dignitas per dignitas, per favorem concessa, in aliorum animis invidiam excitat, & commovet; ita si per merita est obventa, ab huiusmodi malo libera, immunitque evadit.

In extremo iudicio dicit Dominus suis electis: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi, & dedistis mihi manducare: sivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me, &c. Tunc respondebunt iusti: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus? &c. Matth. 25. a numero 34. Difficilis est nodus apud Expositores, cur Christus donans beatitudinem suis electis, ita eorum merita amplificat, ac dilatat, ut ob modestiam sua iusti preclara facta vix recognoscant, ut ait Origenes homil. 34. in Matth. Humilitatis causa, laude benefactorum suorum indignos se proclamantes. Et ideo dicunt: Unde te vidimus esurientem, & pavimus? Et ita hic verbis extolluntur, & amplificancur merita iustorum, ut Lyranus existimet, hoc non esse narrationem historice, sed parabolam. Et Salmeyron non inter narrationes, sed inter parabolas computat, ut advertit Barradas. Cur ergo Christus retributurus suis predestinatis beatitudinem, ita eorum merita extollit Origenes. Voluit iustorum benefacta ostendere grandia. Sed cur Dei sapientia disponit, ut electorum merita grandia appareant? Largiebatur eis Dominus ingens beatitudinis donum, voluit etiam & merita ut grandia, & magna publicare, ac evulgare, ut ex magnitudine meritorum magnum premium omnibus esset applausibile, & a nemine invidie livore appetitur. Unde ait B. Victor lib. 3. de Vandalica persecutione. Quod merita conferunt, omnes approbant, nullus invidet.

Cum Jacob teneret diligere filium Isaac, & fecisset ei tunicam polymiticam, Oderant eum fratres sui, & invidabant ei, Genes. 37. num. 11. Postea vero ductus in Aegyptum clavum regni tenet, totum regnum gubernat, omniaque ad eius nutum disponuntur, Genes. 44. nullus e fratribus invidet, sed omnes laetantur, ac exultant de viri dignitate, & gloria. Philo lib. de Joseph. de eis loquens: Tunc, ait, fratres certatim colaudabant hominem, alio aliam virtutem predicante, clementiam, charitatem, prudentiam, pietatem vero omnes uno ore laudabant, & felicem evocant. Sed cur in domo patris omnes tunicam unam aegre ferunt; in Aegypto vero regni culmen, tantamque omnes celebrant dignitatem? Quando merita cunctis sunt pravia, atque nota, honor, ac exaltatio omnibus est grata, atque iucunda; nullasque livido ore impetere audent. In parentis domo, Josephi preclara facta, ac sapientie sue monumenta adhuc latebant; & tunc invidia audenter prodibat; at in Aegypto tanquam Sol fulgebant, & irradiabant; ac proinde invidie nebula dissipatur, ut nullius mens tenebris, & caligine involvatur.

Ubi merita apparent, non est, qui invidet. Victor. So. Gen. 37. Philo.

Per meritum evidenciam exploditur invidia.

Ubi merita apparent, non est, qui invidet.

Per meritum evidenciam exploditur invidia.

Ubi merita apparent, non est, qui invidet.

Per meritum evidenciam exploditur invidia.

Ubi merita apparent, non est, qui invidet.

Per meritum evidenciam exploditur invidia.

Ubi merita apparent, non est, qui invidet.

Per meritum evidenciam exploditur invidia.

Ubi merita apparent, non est, qui invidet.

QUESTIO XII.

Quare Christus Dominus has excellentes virtutes, non precipiendo, sed benedicendo proponat?

Ad excellentissimas virtutes nos hic exhortatur Christus. Et ait: Beati pauperes spiritu: beati mites: beati mundo corde. Sunt hic cultas virtutes, ad quas preceptis adstringimur. Beati pauperes spiritu, ut explicat D. Augustinus, & multi alij Patres, de quo quast. 14. Beati humiles, qui non sunt inflati spiritu superbia: & superbia non extolli, precepto obligamur. Beati mundo corde, ut est satis communis sententia. Beati, qui non sunt contaminati ullo mortifero peccato; quod de precepto esse planum est, & sic de aliis. Cur ergo Christus Dominus has virtutes non profert sub precepto: Estote pauperes spiritu, quoniam vestrum erit regnum celorum. Estote puro corde, &c. sed benedicendo: Beati pauperes: beati mundo corde?

Primam solutionem sumo ex Tertullian, lib. 4. contra Marcion. cap. 14. Venio, ait, nunc ad ordinarias sententias eius, per quas proprietatem doctrina sua inducit, ad edictum Christi, Beati mitei, quoniam ipsorum est regnum celorum. Jam hoc ipsum, quod a benedictionibus capit, creatoris est, qui universa, prout edidit, nulla alia voce, quam benedictionis dedicavit. Eructavit, inquit, cor meum sermonem optimum. Hic erit sermo optimus, benedictionis scilicet, qui & novi Testamenti initiator agnoscitur de veteri exemplo. Aperuit Christus os suum, & statim benedictiones sonat, se filium Dei creatoris manifeste declarat. Nam sicut Pater in exordio orbis inter prima verba benedictiones protulit, Genes. 1. num. 22. & 28. sic & Christus initians novum Testamentum, primo aperiens os, benedictiones dicit, voce ipsa clare indicans, se non alium habere parentem, quam ipsum Deum, qui exordio antiqui Testamenti benedictionem eructavit: & voce ipsa etiam testificante, os Christi divinum esse, quod tot, tantisque erat benedictionibus plenum, atque addictum.

Secundo, & propius ad questionem responderet Euthymius. Per modum autem beatitudinum precepta haec induxit invidiosum devians sermonem. Oportebat enim, ut in principio mansueti cum eis loqueretur, & ita paulatim ad precipiendum deveniret. Aperuit Christus os suum & statim in limine precepta imponit, mandata divulgat, & rigores sonat; sed benedictiones, & benignitatem, ut prompte, & facile sua mandata percipiant: Ita paulatim ad precipiendum deveniret Promulgaturus legem suam Deus Israelitico populo ait: Si audieritis vocem meam & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiis de cunctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta, Exod. 19. numero 5. Laturos erat Deus legem multis preceptis coagulabat, non retam, multis penis transgressoribus imposuit, repletam. Cur ergo non ait: Si servaveritis precepto

81. Ratio diffi-

D. August.

82. Tertull.

83. Euthym.

84. Euthym.

85. Pralatus in suo principio in precepto, & rigoribus, non sit multus.

86. Exod. 19. In principio sit benignitas, ut attrahat, non retam, multis penis transgressoribus imposuit, repletam.

Caictan. Cur minantia supplicia non adducit in medium, sed illis pretermittit benedictiones sonat: Eratis mihi in peculium; seu, ut legit Caictanus: Eratis mihi amabilia: Eratis mihi regnum sacerdotale; Magna Dei sapientia decrevit, non statim in legis exordio preceptis, & suppliciis perterrefacere, sed multis favoribus attrahere. Glossa Interlinearis. Antequam legem det, promissis allucit, ut libenter accipiant.

84. Revertentem prodigum ad parentis domum, vidit bonus pater, & accurrens cecidit super colulum eius, & osculatus est eum, Luc. 15. n. 20. Cur optimus parens in collo filij osculum fixit, amplexum dat? Cor non potius in capite, vel in pectore? Cervix proprius, proportionatusque locus ad jugum imponendum; & antequam parens admoventer jugum mandatorum in collo, prius ipsum recreat amplexu, & demulcet osculo. Palchre D. Gregorius Nylenus lib. de oratione Dominice orat. sua 2. Accurrit, ait, pater ad eum & osculo colulum aperit, quod rationale jugum significat, per Evangelij traditionem.

85. Venit Magnus Baptista in mundum, & Christum ostendit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, Joan. 1. n. 29. Sed cur magne Praecursor digito ostendit? Cur non dicit, quod sit agnus missus in mundum, quem omnes recipere, & adorare tenentur. Cur statim non profert pœnas non recipientium, ut postea fecit? Jam securis ad radicem arborum posita est, Matthæi 3. n. 10. Paleas comburet ignis, inextinguibili, ibid. n. 12. Magnus magister in exordio prædicationis suæ agni teneritudinem annuntiat, benignitatem, remissionem peccatorum divulgat, postea vero ad rigorem ferri, & ignis, d. Petrus Chrysologus serm. 164. dum expendit illud Christi Domini, Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, ait S. Doctor: Ubi est illud: Ecce agnus Dei? Ubi est: Sicut ovis ad occisionem ductus est? Revera, fratres, mundum suum Christus per omnia micit, & mansuetus intravit. At ager quoties longa incuria sylvescit, & toto luxuria agrestis sordescit horrore, perissimè cultoris uique semper aperitur, & purgatur incendio.

Benignitas pramittenda, & postea rigor. Chrysol.

86. Ubi paupertas hic significet latius dicam quæst. sequenti: nam multi Patres volunt, quod pauperes hoc loco idem valeant, ac humiles, & timentes Deum. Alij vero contendunt, quod significet verè pauperes, ac omnia secularia abnegantes. De quo citata quæst. Quæritur ergo nunc: Quare pauperes ponantur primo loco?

87. Respondet primò D. Augustinus lib. de serm. Domini. Rectè hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles, & timentes Deum, id est, non habentes inflatum spiritum. Nec aliquando omnino incipere oportuit beatitudinem, siquidem perventura est ad summam sapientiam. Initium autem sapientie, Sylveira in Evang. Tom. 11.

QUESTIO XIII.

Quare inter beatitudines paupertas ponitur in primo loco?

86. Ubi paupertas hic significet latius dicam quæst. sequenti: nam multi Patres volunt, quod pauperes hoc loco idem valeant, ac humiles, & timentes Deum. Alij vero contendunt, quod significet verè pauperes, ac omnia secularia abnegantes. De quo citata quæst. Quæritur ergo nunc: Quare pauperes ponantur primo loco?

87. Respondet primò D. Augustinus lib. de serm. Domini. Rectè hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles, & timentes Deum, id est, non habentes inflatum spiritum. Nec aliquando omnino incipere oportuit beatitudinem, siquidem perventura est ad summam sapientiam. Initium autem sapientie, Sylveira in Evang. Tom. 11.

timor Domini: quoniam è contrario initium omnis peccati, superbia scribitur. Ab humilitate in beatitudinibus exoritur Dominus suum sermonem, quia in illis perveniendum est ad summam sapientiam; & ut ædificium spirituale maxime excresecat, in humilitate debet fundare suas radices. Ita orabant tres pueri in camino ignis: In animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur a te Domine, Daniel. 3. num. 39. Latè hanc ponderationem docet D. Chrysostomus hom. 15. in Matth. Nam sicut omnia mala ab humilitate pullulant. Nam, ut ait Chrysostomus, Unusquisque humilitate supposita iustissimè cuncta alia supponit ad faciendum: hac verò subacta, etiam si ad ipsum usque cœlum conversationis sublimitate pervenias, simul omnia subabuntur: nam sine orationem, sine jejuniis, sine misericordiam, sine paucitiam, sine aliud, quid bonorum absque humilitate congreges, statim cuncta defluunt, cunctaque deperunt. Quod confirmat exemplo Pharisæi Luc. 18. n. 10. Tandem concludit S. Pater, Sicut superbia omnium fons est malorum, ita humilitas omnium bonorum origo virtutum.

Secundo, D. Bernardus serm. de omnibus Sanctis. Attendat, ait, quam sapienter ordinavit sapientia, contra peccatum primum, remedium primum opponens. Ac si aperius dicat: Vis obtinere cœlum, quod perdidit superbius Angelus, qui confusus est in virtute sua, & in multitudine divitiarum suarum? Paupertatis vilitatem amplectere, & cum erit. Theophylactus ita ait. Primum modestiam, & humilitatem animi cœli fundamentum fecit; nam quoniam propter superbiam Adam cecidit, per humilitatem erigit nos Christus, quandoquidem Deus fieri sperabat Adam. Idem ferè Chrysostomus homil. 15. Primus Angelus per superbiam intentavit, ad sedem Dei conscendere, primus homo per superbiam præsumpsit fieri Deus: uterque tamen cecidit. Christus volens nos erigere ad mansiones, quæ sunt in domo Patris sui; & volens nos facere filios Dei per adoptionem, primum ponit humilitatem, & modestiam: quia, si per superbiam est lapsus, per humilitatem oppositam erit erectio; contraria enim contrariis curantur; & ad elationem superbiæ in fundamento humilitatis querendum est proportionatum, opportunumque remedium.

Tertio, Theodoretus ad illa verba Apostoli Rom. 12. numero 3. Non plus sapere, quam oportet sapere; sed sapere ad sobrietatem. Ex Græco legit: Sapere ad memis sanietatem. Ait Doctor: Docet, scilicet Apostolus, superbiam esse morbum mentis: Dominus enim eos, qui humilitatem possederint, primos esse beatos pronuntiavit. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum, docet mensuram, ad quam usque de se sentire oportet. Superbia est morbus mentis; nam per illam infirmatur homo, & se ipsum ignorat. Dominus volens hominem sanare, & restituarre ad beatitudinem, primum illi objicit humilitatem, per quam homo se, suamque vilitatem recognoscit, & intuetur. Et hanc ponit in primo limine inter beatitudines; primus enim gradus ad magna, ac sublimia, est, ut homo se ipsum agnoscat, suamque conditionem, ac qualitatem sciat mensurare, ac dimeriri.

Humilitas fundamentum totius spiritualis edificij.

Dan. 3.

Chrysol.

Luc. 18.

88. Bernard.

Theophyl.

Chrysol. Primum peccatum per superbiam; primum per humilitatem remedium.

89. Rom. 12. Theodoret.

Primum gradus ad beatitudinem se sentire oportet. Superbia est morbus mentis; nam per illam infirmatur homo, & se ipsum ignorat. Dominus volens hominem sanare, & restituarre ad beatitudinem, primum illi objicit humilitatem, per quam homo se, suamque vilitatem recognoscit, & intuetur. Et hanc ponit in primo limine inter beatitudines; primus enim gradus ad magna, ac sublimia, est, ut homo se ipsum agnoscat, suamque conditionem, ac qualitatem sciat mensurare, ac dimeriri.

90. **Ambrosius**. Quarto. D. Ambrosius lib. 6. in Lucam. Beati pa. peres, &c. Primam benedictionem, ait, uterque Evangelista, scilicet Matthaeus, & Lucas, posuit; ordine enim prima est, & parva quadam generatioque virtutum; quia qui contempserit secularia, ipse merebitur sempiterna: nec potest quisquam meritum regni caelestis adipisci, qui mundi cupiditate pressus, emergendi non habet facultatem. Inter benedictiones primam ponunt facri Evangelistae paupertatem; haec enim est quaedam progeneratio virtutum; nec enim qui rebus temporalibus, earumque cupiditate detinetur, potest in caelum ascendere. Dimitte ergo terrena, ut ad caelum valeas evolare: nec enim potes Deo servire, & mammonae, dimitte ergo mammonam, ut Deo valeas toto corde deservire.

91. **Divinitatis affectus in pauperes.** Quinto. Inter eximias virtutes, ac insignes benedictiones, pauperes primi veniunt in Christi sermone. Sed unde pauperibus tantus decor, & nobilitas? Non aliunde, nisi ab ipsamet divinitate Christi. Valde enim ingenuus, proprius, ac peccatis est affectus, ac benignitas celsitudinis divinitatis in pauperes, dejectos, ac humiles, ut hi primi benedictionem habeant ab ore Christi. Hanc explicationem nobis dat Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 14. postquam adducit praefata verba: *Beati mendicis, quoniam illorum est regnum caelorum*; post pauca subdit: *Quid ergo mirum est, si & ab affectibus creatoris ingressus est per huiusmodi dilectionem, semper mendicos, & pauperes, & humiles, ac viduas, ac pupillos usque diligentis, consolantis, asserentis, vindicantis? ut hanc Christi quasi privatam benignitatem rivulum credas de fontibus Salvatoris. Quod multis locis sacrae Scripturae confirmat.* 1. Reg. 2. num. 8. *Suscitavit de pulvere egenam.* Psalm. 111. num. 4. *Quis sicut Deus noster, qui habitans in excelsis, & humilia respicit, &c.* Tanquam sit proprium stemma divinitatis, ad pauperes, & humiles respicere.

92. **Paschalis.** Sexto. D. Paschalis lib. 3. in Matth. ait: *Quasi ex officio primum pauperibus primum beatitudinis reponitur; quoniam nil magis congruebat ad meritum, quam praesentis vitae pauperibus caelorum regnum promittere: ut qui Christum paupertate sequi & servitutis jugum subire decreverint, divites futurorum regna, felicesque possideant.* Expende illud verbum, *quasi ex officio*. Pauperes sunt illi, qui pro sequendo perfecte Christum omnia sua abjecerunt: ergo bene ex officio Salvatoris hi primi veniunt in ore ejus, ut regno caelorum munerentur. Illi enim primi à principe, & dynasta sunt respiciendi ad honores, qui ut ipsum sequerentur, utque ei obsequia praestarent, se, suaque omnia parvi pendentes contempserunt: hi à sua spe non sunt fraudandi, sed ante omnes ad praemia vocandi.

93. **D. Thomas.** Septimo. D. Thomas, Nota, ait, quod Moyses primò promittit divitias, Deuteron. 28. num. 1. *Faciet Dominus Deus tuus te excelsorem cunctis gentibus, &c.* Et ideo ut distinguat Dominus legem veterem à nova, primò ponit beatitudinem in contemptu divitiarum temporalium, Octavo, idem D. Thomas ait. Secundum Augustinum ista beatitudo pertinet ad donum timoris (de quo quæst. sequenti,) quia timor facit habere Dei reverentiam. Isaias autem 11. num. 2. ponit beatitudines descendend. *Replebit eum spiritu Do-*

mini, spiritu sapientia, & intellectus, spiritu consilij, & fortitudinis; & replebit eum spiritu timoris Domini. Ecce timor Domini ponitur ultimo loco. Christus è converso à dono timoris, scilicet à paupertate exorditor. Quia Isaias pronuntiavit adventum Christi ad terram; Christus autem solum trahebat, ac ad caelum sublebat. Ita ferè D. Thomas. Nonò Simon Cassianus lib. 10. cap. 4. *Beati pauperes spiritu, ait: Abieci sum in rebus edibile hominibus, despicabile in personis, ante omnia beatitudinis Christum ascripsit.* Hæc est divina elementia, ut paupertas, quæ inter homines erat maxime abjecta, primò nobilitetur elata.

Decimo. D. Chrysostomus homil. 15. *Cur hoc ad discipulos ait, qui humiles semper existerant: quippe qui nec occasionem quidem habuerant insolentia, cum essent utique piscatores, ac pauperes, nec minus de imperitiis, quam de ignobilitate despecti? Et si ergo non hoc propter discipulos diceret, dicebat tamen propter ceteros, qui vel tunc adoran, vel postea erant futuri, ne illos per superbiam forè contaminarent: imò etiam propter ipsos profecto discipulos. Est enim tunc forsitan minime, sed postea tamen hæc indigebant maxime cautione.* In ore Christi primò venit paupertas inter omnes beatitudines ad commendationem, in magni documentum morale. Nam discipuli, ac multi, qui suscepturi erant munus Apostolicum, ex sua conditione erant homines ignobiles, illiterati, piscatores, & pauperes; & tamen elevandi erant ad multa mirabilia, & ad summum honorem, ac dignitatem, ut prosequitur *Cassianus* Chrysostomus; ergo magna sapientie fons eis primò objicit paupertatem, humilitatem, ac modestiam: *Hæc indigebant maxime cautione*; saepe enim contingit, ut qui humili loco sunt nati, si ad apicem honoris conscendant; eis statim è memoria decidat propria vilitatis conditio, ut superbe tumeant, & inaniter inflentur.

Arphaxad Rex Medorum subjugaverat multas gentes imperio suo, & ipse adificavit civitatem potentissimam. Judith. 1. numero 1. Et postea subditur: *Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum, ibid. n. 4.* Sed unde iste in hanc cogitationem devenit, ut ita vellet suum nomen celebrare, ut adificaverit civitatem potentissimam, quam similem non invenimus ullam aliam in Scriptura extruxisse; nam solum illa civitas dicitur potentissima; Arphaxad erat unus vulgaris homo è populo, ut advertit *Carthusianus*; & contra Regem Nabuchodonosorem rebellavit, qui dominus suus erat; sibi que usurpavit regnum Medorum, ut notant *Gaspar Sanchez, & P. Didacus de Celada*. Et cum esset homo vilis, in tanta dignitate constitutus, statim ventosissimus evasit; & suæ conditionis oblitus, super omnes se extollere intentavit, itaut ad celebrandum suum nomen, non quamlibet civitatem; sed potentissimam erexit. De alio loquens *D. Chrysostomus* ait homil. 38. in Genes. *Servorum mos est, ut cum parum eis prosperitatis adspiraverit, nequeant inter suos limites manere, sed statim sui ordinis obliviscuntur.*

At si homines vulgares, & viles, cum ad culmen dignitatis extolluntur, maxime tument; tamen generosi viri in magnis blandimentis fortunæ

Cap. X. Prædicantur octo beatitudines. 283

2. Reg. 19. *tunæ inter suos fines se continent. David refidens in regali solo de alijs dicebat: Fratres mei, vos os meum, & caro mea vos.* 2. Reg. 19. 11. 12. Ar Saul postquam Israël sceptrum, & regnum tenuit; postquam dominatur in toto populo, quamvis multos fratres haberet, nullum tamen vocat fratrem, nullum consanguineum dicit. Cur ergo David in regali fastigio suos ut fratres, & ut carnem, ac sanguinem suum agnoscat; Saul veò in ipsa dignitate, nullum ut fratrem recognoscit, nullum ut talem dicit? David erat nepos præstantissimi viri Obed, Ruth. 4. n. 22. Et ex nobilissima Juda Tribu natus. At Saul erat ex minima Tribu Israël & cognatio sua novissima inter omnes familias, 1. Reg. 9. n. 21. David erat valde ingenuus & nobilis, & tanta sublimitate de alijs memoriam retinet ut fratribus, & sibi equalibus; quam cognitionem Saul, ut vilis, & vulgaris homo, repentino, & insperato honore perdidit. Quanta veò superbia, & elatio fuerit in Saul, explicat *D. Gregorius I.* Reg. cap. 10. n. 9 ad illa verba: *Immutavit ei Deus cor eius; ait Magnus Doctor. Tunc coram Propheta humilis fuit, scilicet Saul, sed ut capiti discedere, pariter capiti & superbere. In mente sua jam non esse parvulum, sed Regem cogitabat. Adhuc non erat sublimis ordine, sed erat sublimis estimatione.*

QUESTIO XIV. Quinam sint pauperes de quibus Christus Dominus hic loquitur?

97. **Augustinus.** **M**ULTI graves Patres per pauperes spiritu interpretantur humiles, & timentes Deum. Sic docet *D. Augustinus* lib. 1. de serm. Domini in monte: *R. A. ait, hic intelligitur pauperes spiritu, humiles, & timentes Deum, id est, non habentes spiritum inflatum.* Idem docet *D. Hilarius*, *D. Hieronymus*, *D. Chrysostomus homil. 13.* *D. Epiphanius hæresi 66.* *D. Leo serm. de omnibus sanctis.* *D. Basilii Nelyenus Orat. 28.* *D. Gregorius Magnus lib. 26. Moral. cap. 20.* *Euthymius, Theophylactus, Albertus Magnus, & alij.*

98. **Carthusianus.** Si veò quæras cum *Chrysostomo*, *Euthymio*, cur Christus non posuit humiles, ac timentes Deum, sed pauperes spiritu? Respondet ad primum *D. Thomas*. Quia multi sunt gradus humilitatis; & illi sunt perfecte humiles, qui se pauperes aestimant; & se nihil habere judicant; non solum in exterioribus, sed etiam in interioribus, Psalm. 39. v. 18. *Ego autem mendicium sum, & pauper.* Contra illud *Apocal. 3. n. 17. Dicitis, quod dives sum, & locupletatus, & nullus egeos: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & humilis.* Ad secundum, quòd non posuit timentes, sed pauperes, respondet *D. Thomas* ex *S. Augustino*: *Timo, maxime ficialis, facit habere reverentiam ad Deum, & ex hoc contemnit homo divitias.* Ut omnia sua homo distribuatur, & expendat in reverentiam Dei, ac in ejus obsequium.

99. **Gregorius.** Secunda sententia, quæ mihi probabilior videtur, simpliciter intelligit præsentem textum

de verè pauperibus, qui spiritu, & voluntate dimittunt terrena. Ita *D. Basilii in regulis brevioribus interrogat.* 205. *D. Paulinus Epistola ad Alethim.* *Chromatius Episcopus in cap. Matth. Abbas D. Ambrosius in cap. 6. Luc. Abbas Isaac collatione 9. cap. 19.* *Ilychius Presbyter in cap. 19. Leviticus D. Paschalis lib. 2. in Matth. & in Lamentationes lit. Zain.* *Lucifer Calaritanus antiquissimus lib. 1. pro S. Athanasio.* *D. Bernardus, Petrus Damianus, S. Anthonius Ulyssip. Guarricus in sermonibus de omnibus sanctis.* *Rupertus, Lyranus, D. Thomas hic.*

Pauperes spiritu ad litteram intelliguntur, qui temporalia bona à se abdicant, & renuntiant. Quidam enim sunt pauperes de necessitate; & isti, quia tales, non sunt beati, sed quia voluntate, ac ex motione Spiritus sancti amplectuntur ipsam paupertatem, Alij sunt pauperes spiritu, qui, licet multa bona teneant, ea tamen abjiciunt, & remittunt, ut ferventius, & expeditius Deo serviant, ut sunt multi Religiosi, qui voluntate sua cuncta terrena renuntiant, itaut nec habeant illa, nec affectent; in quo consistit perfecta paupertas, ut rectè explicat *D. Thomas*. Idem. Alij veò, licet aliqua bona habeant; sunt pauperes contritione spiritus, ut notat *D. Paschalis*, & ait: *illi facultates terrenas abiecerunt, sed eis, non ad illeceb. as carnis, sed ad opus pietatis, usus necessarios, uti videntur.* Quamquam enim nonnulli electorum multas pecunias possideant, sed ex voto pietatis ab eis possidentur. An pauperes sint pauperes non sunt, qui cuncta terrena, non tanquam propria, sed tanquam aliena dispestant? Sed unde pauperes, inde divites fiunt.

Josue erat dux, judex, ac gubernator totius populi, ad cujus notum omnia disponebantur; & terram promissionis per filios Israël distribuit; tamen nihil sibi usurpavit, nec retinuit. Sed ait textus *Josue 19. numero 49. Dederunt filij Israël possessionem Josue filio Nûn in medio sui.* In quo maxime viri parcimoniam laudatur. Imò de ipso admiratur *Theodoretus quæst. 17. ait.* *Imitatus est in eo modestiam Domini, qui extremam experius est inopiam; itaut ne donum quidem haberet, ubi caput suum reclinet.* Sed quomodo Josue, qui erat caput, dux, ac gubernator populi tam amplissimi, ac opulentissimi, qui spolia multarum civitatum dissipaverat, dicitur, quòd imitatus est Dominum, qui extremam paupertatem est amplexus? Josue, cum tanti populi esset gubernator, nil sibi comparavit; sed tanquam fidelis dispensator, omnes terræ possessiones per populum distribuere: Et qui, cum multa in manibus habeat, nil sibi retinet ad requiem, & delicias, sed omnia in aliorum usus necessarios diffundit, & largitur, hic verè spiritu pauper extremam inopiam imitatur.

Quærit hic Caietanus. Cur sicut Dominus beatificavit usum factum paupertatis, quare etiam non beatificavit usum sanctum divitiarum? Et respondet ipse *Cardinalis*, quod clarè patet differentia, quia non possunt dici beati divites spiritu, sicut possunt dici beati pauperes spiritu; quia non subest spiritui, fieri divitem, sed fieri pauperem; in potestate enim nostra est abdicare à nobis res nostras, non autem acquirere. Et per hanc beatitudinem declaravit Dominus, quòd nullus est perfectior usus divitiarum, quam